



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Quæstiones Canonicæ De Decimis**

**Friderich, Melchior**

**Ingolstadii, 17010 [i.e. 1710]**

Quæstio II. An Emptione & Conductione acquiri Clericis jus decimarum possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61677](#)

tetum quām ex parte. Sumitur ex  
c. 7. de his, que sūnt à Prelat. junct.  
c. 1. de arbitr. & tradit communis.  
Duo tamen requiruntur. I. Consen-  
sus Superioris aliaque solemnitates  
ad alienationem rerum Eccles. ne-  
cessariæ: quia quando aliquid pro-  
hibetur, prohibentur omnia, qua  
ex illo sequuntur. reg. 39. in 6. At  
ex compromisso frequenter sequi-  
tur alienatio: est ergo prohibitum,  
nisi adhibeantur dictæ solemnita-  
tes. II. Arbitri debent esse Clerici:  
laicus enim de spiritualibus, uti ju-  
dicare, ita arbitrari nequit. c. 8. de  
arbitr. Possunt tamen cum con-  
senus Superioris Ecclesiastici Cleri-  
co compromissario adjungi unus  
vel plures laici, juxta c. 9. de arbitr.

Assert. III. Jus Decimarum u. 432  
nius Ecclesiae permutari potest cum  
jure decimarum alterius Ecclesiae.  
Ita communis DD. patetque ex c. 6.  
de rer. permut. ubi permittitur per-  
mutatio Ecclesiarum & possessio-  
num, & ita quidem, ut si possessio-  
nes unius minus valeant quām al-  
terius, defectus illarum pretio  
compensari possit, & ex c. ult. eod.  
ubi solum damnatur permutatio  
temporalis rei cum spirituali; non  
item spiritualis cum spirituali. Au-  
toritas tamen Episcopi interve-  
niat necesse est. c. statuimus 2. de  
transact. quia permutatio est spe-  
cies alienationis. c. nulli de reb.  
Eccl. alien.

## QUÆSTIO II.

*An Emptione & Conductione acquiri Clericis Jus  
Decimarum possit.*

## SUMMARIUM.

433. *Jus decimandi emi non po-  
test.*

434. *Emi potest utilitas perce-  
piendorum fructuum.*

435. *Et conducti.*

433 **A**ssert. I. Jus decimarum for-  
maliter acceptum, seu ut fun-  
datum est in titulo spirituali, sive  
officio & obligatione ministrandi  
spiritualia, etiam ab Ecclesiastica  
persona emi vel conduci nequit.  
Assertio certa est, patetque ex tot.

*tit. de Simon.* quia sic acceptum est  
spirituale; at spirituale pro tempo-  
rali (quod sit in emptione & condu-  
ctione) comparari non potest.

Assert. II. Jus decimarum ma- 434  
terialiter acceptum & præcisum à  
spirituali, sive quoad utilitatem

B b 2 per-

percipiendorum fructuum, emere & conducere Ecclesiastici possunt. Ita omnes cum S. Thoma 2, 2. q. 87. a. 3. in C. & sumitur ex c. ult. de rer. permis. & Clem. 1. de reb. Eccl. alien. insine. Ratio patet, quia de eiusmodi hoc modo sumptae sunt res temporalis: jus enim ipsum, vi cuius illæ principaliter debentur, semper manet penes Ecclesiam; fructus vero hujus juris est materialis & profanus.

**435.** Assert. III. Parochus decimas Ecclesiasticæ personæ liberè & absque solemnitate locare potest ad tempus breve; ad longum non nisi cum consensu Superioris aliisque solemnitatibus ad alienationem rerum Eccl. requisitis. Assertionis

pars I. patet ex c. 2. de locato, altera ex c. 5. Clem. 1. & Extrav. ambitiosa de reb. Eccl. alien. quâ ultimâ definitur, tempus breve hic esse, quod non est ultra triennium, quamvis jure civili tempus longius tantum decennium. Quod verdicta solemnitas requiratur etiam tunc, quando locatio fit Ecclesiasticæ personæ, hinc patet, quia alienatio rerum Eccl. prohibita est etiam inter Ecclesias, Monasteria, Episcopos &c. ut benè observat Suar. c. 23. n. 9. Assertio procedit sollelū de decimis immediate ad Ecclesias pertinentibus; non vero de ijs, quæ sunt Parochi, ut patet ex dicendis n. 493.

### QUÆSTIO III.

*An Privilegio, Unione, aut Investitura, acquiri Clericis  
Jus Decimarum possit.*

#### S U M M A R I U M.

**436.** Ecclesia & Clerici acquirere Jus decimandi possunt Privilegio SS. Pontificis.

Si concedere alteri Ecclesia per unionem Beneficiorum, divisionem &c.

**437.** Non vero aliorum Pralatorum.

**438.** Potest tamen Episcopus ex iusta causa Decimas unius Ecclesie unitur alteri illa, cui fit unio, decima alterius unita & pleno iure acquiruntur.

**436.** Assert. I. Ecclesijs & Clericis Jus decimandi competere potest ex concessione SS. Pontificis. Patet ex c. 7. h. t. & c. 7. de his, quæ

fiunt à Pral. ac à fortiori ex ijs, quæ infra dicemus de privilegio laicis concessis. Nam tanquam supremis iurispiritualium dispensatorem,